\+ Item idem dominus noster [illegible] non octobris anno primo ordinavit et voluit quod gratie per eum decetero concedende quibuscumque personis ecclesiasticis vel secularibus ut quod habeant altare portatile quod facere possint celebrari ante diem et in locis interdictis non durent nisi ad x annos nisi essent episcopi vel abbates aut electi superiores aut vicecomites seu comites aut alii in maioribus dignitatibus constituti vel nisi peteret ad vitam et ipsa sedes supplicatio fiat. Si secus si sedes fiat in forma posito quod petent ad vitam quod tamen bulle quod non durent nisi ad x annos

[ex]c[ommunicatio]ne [illegible] audi[tores] pa[lacii]

Item idem dominus noster in [illegible] Junii anno primo decrevit et ordinavit quod nullus iudex ordinarius vel delegatus quacumque auctoritate fungatur possit aliquem de auditoribus palacii presentibus et futuris in Romana curia commorantibus suspendere vel dicere excommunicatione quacumque occasione vel causa et si voluerit se subinfert excepto camerario domini nostri pape qui est pro tempore vel erit qui possit contra eos vel eos si [illegible] quod ei videbitur ecclesiastica exercere censura

quod pauperes in [illegible] extra suas provincias impetrare [pos]sunt

Item consultus idem dominus noster quod si in gratiis communibus pauperes clerici petunt extra suas provincias collocari placet quod non nisi illi ibidem ratione beneficiorum que obtinent seu alias extra provincias de quibus sunt oriundi morum traxerunt saltem per duos annos et intendunt ibidem commorari

Item voluit idem dominus noster eisdem pauperibus clericis in gratiis communibus primam datam de die apertionis gratiarum expectativarum que sunt vi kal februarii pontificatus anno primo dari et assignari

quod doctores [illegible] pro [illegible]

Item placet eidem domino nostro quod deinceps doctores in sacra pagina vel canonici aut civilis theologie vel etiam medicine magistri seu in aliqua dictarum facultatum theologice licentiati si eius rigor examinis huiusmodi receperunt vel eorum baccalarii in theologia ratione gratiarum per eundem dominum nostrum eis factarum seu faciendarum non examinentur

Item voluit de capellanis commensalibus scriptoribus litterarum apostolicarum et abbreviatoribus ipsarum ac penitentiariis sua beneficia apud sedem apostolicam obtinentibus pro valore beneficiorum per eos auctoritate apostolica acceptorum vel ipsa auctoritate eadem eis collatorum

quod in litteris grad[uatorum] non est [illegible] summa [illegible]

Item si in litteris facultatum ordinariis super conferendis certis beneficiis vacantibus vel etiam vacaturis ad eorum collationem pertinentibus certis personis nominatis seu etiam nominandis concessorum si ipse persone sunt in theologia aut in iure canonico vel civili graduati non ponatur aliqua summa que in litteris aliarum expectationum consueverunt poni

Item quod in partibus gallicanis in quibus decima ad mediam decimam est reducta in litteris expectationum monachorum vel canonicorum regularium ponatur summa lx librarum pro taxatione decime

quod [illegible] in [illegible] cathedralium [illegible] xiiii annos

Item vult idem dominus noster quod in obtinentibus predictis cathedralium ecclesiarum etatis xiiii annos requirat et postea declaravit dominus noster fuisse intentionis sue a die provisionis sue ad [illegible] predicta ordinacione observari

Item voluit et ordinavit quod data apercionis prime gracie communis existet
vi kl februar et apercio ipa duraret usque ad xv dies et deinde gracias prorogavit
usque ad primam diem quadragesime inclusive
Item postea vii idus marcii fecit secundam apercionem gracie earundem quam durare voluit
et concessit per xl dies inclusive
Item ordinavit idem dominus noster quod data apercionis secunde forme gracie communis existet
vii kl april anno predicto
Item eodem die xxi kl maii ordinavit idem dominus noster quod in litteris quarumcumque graciarum
expectacionum per eum factarum seu faciendarum si partes habeant seu habere dubitent
in graciis contrarietates ponatur de concurrentibus dumtaxat et sic reddendum verba et predecessorum suorum super hoc ordinacione non obstantibus quibuscumque aliis ordinacionibus super
hoc forsan per eum factis
Item eodem anno idem dominus noster declaravit quod si quis confirmacionem beneficii seu
beneficiorum que obtinet si non fecit mencionem in supplicacione de beneficiis que obtinet talis
gracia surrepticia reputetur sed in reformacionibus graciarum scilicet qui petit suppleri
de cura vel dignitate vel similibus si non fiat mencio de beneficiis que impetrantes
tales reformaciones obtinent idem dominus noster declaravit quod tales surrepticiae
non reputentur

Postea idem dominus noster declaravit quod eciam in confirmacionibus vel per inde valere non sit necesse
facere mencionem de beneficiis si prime supplicaciones fuerint per ipsum signate
Item fecit terciam apercionem et voluit quod essent vi kl maii dictis primis
Item idem dominus noster xi kl septembris pontificatus sui anno primo declaravit sue intencionis fuisse
et esse ac magistri et licenciati ac bacallarii formati in facultate theologie quibus fecit graciam
in rotulo seu rotulis parisiensibus quibuscumque graduatis in aliis facultatibus in dictis rotulis
contentis preferantur eciam si in litteris factis vel faciendis dictorum graduatorum vel aliquorum
ipsorum clausula concurrencie exprimatur et voluit quod de hoc fiant littere oportune
Item idem dominus noster ordinavit quod omnes et singuli pauperes clerici in communi forma pauperum
impetrare volentes quibus tituli infrascripti sunt assignati possint in eadem forma
iuxta ipsorum titulorum sufficienciam collocari tria bene duo bene et unum male in omni
in tota yspania et vasconia ubi longe competenti constituit et nichil cantat item
tria competencia dicta vero prima est de dicta die apercionis scilicet vi kl febr anno primo
habeant eciam isti demandato domini nostri pape
Ordinavit insuper dominus noster papa quod in vasconia et yspania duo competencia eciam si unum sit
in cantu habeant ad beneficium sine cura
Item ordinavit idem dominus noster quod data prima dictarum graciarum tercie apercionis sit vii kl maii
anno primo
Dominus noster papa prefatus vi idus octobris pontificatus sui anno primo concessit omnibus sacrosancte ecclesie sacro
Romane ecclesie cardinalibus qui tunc erant quod possint ad quinquennium in festo nativitatis
tunc immediate sequentis beneficia consistencia in archidiaconatibus et aliis dignitatibus quas obtinent
vel obtinebunt in quibus beneficiorum visitacio eis competit de consuetudine vel de iure personaliter
ydoneas visitare procuraciones racione visitacionis huiusmodi eis debitas recipere ita tamen

quod in regno Francie usque ad biennium non recipiat aut mediocriter percipiant eis debitarum
lapso vero biennio integras percipiant prout antedictas

Item ordinavit idem dominus noster quod in litteris apostolicis de cetero expediendis in antelata super quibuscumque confirmationibus gratiis per eum factis hactenus vel in antea faciendis licet petitum fuerit generalibus vel specialibus reservationibus non obstantibus nullatenus de generalibus sed dumtaxat de specialibus caveatur

Dominus noster papa prefatus concessit omnibus supplicantibus in rotulis universitatis Parisiensis et aliorum studiorum iam signatis per ipsum quod data super visionem seu signationem primus dumtaxat in fine rotulorum huiusmodi posita licet in singulis supplicationibus petita non fuisset veniat quod aliqui dictorum supplicantium defectum natalium patientes de presbiteris et monialibus geniti seu etatis in uno dumtaxat anno patiantur dispenset cum illis et expediant littere et cum eis examinis ad partes pabsentibus sub data rotulorum eorundem

Item est sciendum quod in cancellaria litterarum observatur quod ab ipso felicis recordationis domino Clemente VII summo et Urbano V Romanis pontificibus citra observari consueverat quod in supplicationibus reformationum gratiarum apostolicarum aut confirmationum acceptationum provisionum electionum et collationum apostolica vel ordinaria auctoritatibus factarum certi modi vacandi cum clausula quovismodo vel alio seu aliis quibuscumque defectibus suppleri seu reservationes ac devolutiones tolli petantur omnia premissa et alia quecumque in eisdem contenta supplicationibus intelligantur esse concessa nisi in casibus in quibus regule contrarie appareret seu per consignationem supplicationum earundem seu cancellaturam in eis factam vel aliis de contraria intentione domini nostri vel predecessorum eorundem constaret evidenter et idem etiam observatur si in supplicationibus dispensationum super defectu natalium petatur per personis usque ad certum numerum beneficiorum dispensari etiam si beneficia ipsa dignitates personatus vel officia existant et curam habeant animarum ac dignitates huiusmodi in cathedralibus post pontificales maiores vel maiores in collegiatis ecclesiis fuerint etc etiam si ad eas consueverint quis per electionem assumi et personae ipse possint beneficia huiusmodi totiens quotiens voluerint permutare omnia in eisdem supplicationibus contenta intelligantur esse concessa nisi regula contraria appareret aut de intentione contraria domini nostri vel predecessorum eorundem per signaturam vel cancellaturam vel aliter ut supra constaret evidenter

Item voluit idem dominus noster quod si impetrans in forma pauperum asserit se supplicationem originalem perdidisse in qua fuerat facta mentio de obtentis beneficiorum et petat per supplicationem de Registro in quo non fiat mentio de obtentis beneficiis supradictis litteras expediri quod super dictis credatur iuramento suo et littere cum obtentis beneficiorum expediantur

Sanctissimus pater et dominus noster dominus Gregorius divina providentia papa XII ordinavit VIII Id. [illegible] sui pontificatus anno primo quod cum decetero contigerit a reverendissimis patribus sancte Romane ecclesie cardinalibus et causarum pallatii apostolici et camere apostolice auditoribus in quibuscumque causis coram eis conventis ante conclusionem causarum ipsarum ad se ab appellari causasque committi et per illos quibus fuerint causarum appellationum commisse intimari vel inhiberi dominus cardinalis vel auditor predictis quod non obstantibus huiusmodi intimatione seu inhibitione idem dominus cardinalis seu auditor ad ulteriora cause procedant et perinde procedere possint ac si non fuissent inhibiti vel intimati

Item ordinavit idem dominus noster VIII non. [illegible] sui pontificatus anno primo quod si contigerit ipsum decetero aliquas ecclesias vel capellas visitantibus ad fabricam ipsarum seu hospitalium vel aliorum piorum locorum manus porrigentibus adiutrices vel aliter inibi elemosinas erogantibus certam indulgentiam elargiri quod si in eisdem ecclesiis vel capellis aut hospitalibus vel piis locis per eum seu per quemcumque alium Romanum pontificem predecessorem suum aliqua alia indulgentia super premissis fuit concessa que duraret tempore sue concessionis huiusmodi de qua in huiusmodi concessione sua non fiat mentio specialis de ordinatione predicta

---

Margin notes (left):

[illegible] generales reservationes non veniunt sub [illegible] expressione sed [illegible] sic

[illegible] [illegible]

[illegible] in confirmationibus et [illegible] omnia intelliguntur concessa reservationes [illegible] devolutiones et alia quecumque

de supplicatione originali [illegible]

quod non obstantibus inhibitione facta per iudices [illegible] [illegible] interposita [illegible] auditoria quod ad ulteriora procedere

[illegible] in litteris indulgentiarum de indulgentiis [illegible] concessis adhuc durantibus non fiat mentio de concessione quod littere [illegible] surrepticie

Item ordinavit dominus noster Urbanus VI VIII idus aprilis anno primo quod si in aliquibus litteris in dulgenciarum ponatur clausula quod si ecclesie cathedrali vel capelle aliqua indulgencia fuit per eundem dominum nostrum concessa de qua non fiat specialis mencio huiusmodi ultima concessio nullius roboris vel momenti existat

[margin:] De prepositis dignitatibus [illegible] beneficiorum in absencia [illegible] percipiendis

Item ordinavit in nonis eiusdem mensis quod si alicui decreto concedatur ut litterarum studio insistendo vel in aliquo beneficiorum suorum vel in Romana curia seu alibi residendo usque ad certum tempus non teneatur in suis beneficiis personaliter residere seu quod eorum fructus suorum beneficiorum percipere valeant quod si ipse alias usque ad certi temporis spacium etiam elapsum graciam de non residendo a sede apostolica vel ordinariis obtinuerit de qua in secunda concessione huiusmodi non fiat mencio specialis ipsa secunda concessio surrepticia reputetur et nullius existat roboris vel momenti quam ordinacionem extendi voluit ad quoscumque prelatos reges principes ut alios quoscumque quibus per clericos vel familiaribus suis vel aliis similem graciam fecisset usque ad tempus nondum elapsum

[margin:] De litteris prelatorum [illegible] non restituendis ante prestitum iuramentum

Item ordinavit dominus noster IX kalendas decembris anno primo quod littere provisionum quorumcumque prelatorum in curia tempore promocionis existencium non restituantur eisdem donec constiterit per eos fuisse prestitum fidelitatis iuramentum

[margin:] Ubi [illegible] de reductione decime

Item V° kalendas septembris anno primo idem dominus noster taxam decime omnium ecclesiarum cathedralium et aliarum monasteriorum prioratuum dignitatum personatuum officiorum ecclesiasticorum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum secularium et regularium cum cura et sine cura ecclesiarum priorum locorum et aliorum quorumcumque in provincia Burdegalensi necnon Lemovicensi Tutellensi et in Claromontensi civitatibus et diocesibus consistencium ad ipsius taxacionis decime medietatem reductas reduxit et voluit quod de cetero huiusmodi media decima sit reducta pro integra et vera taxacione seu decima habeatur et esse reputetur et super hoc voluit fieri litteras oportunas iuxta formam felicis recordacionis Urbani pape V super reductione decime in aliis provinciis dudum factam et ordinatam

Item idem dominus noster Gregorius VI idus marcii pontificatus sui anno [illegible] reductionem similem fecit in civitate et diocesi Aniciensi et voluit quod ex [illegible] habeant summam secundum reductionem et quod non possit acceptari ut in regula que incipit Item eadem die idem dominus noster etc. ordinavit quod vigore etc.

Item idem dominus noster Gregorius VI kalendas iunii pontificatus sui anno [illegible] reduxit predictam decimam in simili forma in Narbonensi et Auxitanensi provinciis ac omnibus aliis civitatibus et diocesibus regni Francie in lingua occitana consistentibus in quibus alias reductio huiusmodi non fuit facta et ordinata

Item eadem die idem dominus noster voluit et ordinavit quod in litteris quibuscumque quarumcumque graciarum de beneficiis ecclesiasticis secularibus et regularibus cum cura et sine cura etiam si personatus dignitates prioratus vel officia existant vacantibus vel vacaturis in civitatibus et diocesibus predictis consistentibus ad quorumcumque presentacionem collacionem electionem seu quamvis aliam disposicionem pertinentibus per eum quibuscumque personis de cetero faciendarum ponatur summa secundum taxacionem decime predictam et in eisdem provinciis in quibus per eundem dominum Urbanum huiusmodi reductio facta fuit et existit ordinata

Simile ordinacionem fecit idem dominus Gregorius VI kalendas iunii pontificatus sui anno [illegible] quod ad beneficia ecclesiastica consistencia in Narbonensi et Auxitanensi provinciis et aliis civitatibus et diocesibus regni Francie in lingua occitana existentibus

Item eadem die idem dominus noster voluit et etiam ordinavit quod vigore graciarum quarumcumque de beneficiis ecclesiasticis secularibus vel regularibus cum cura et sine cura etiam si personatus prioratus dignitates aut officia existant vacantibus in eisdem provinciis civitatibus et diocesibus consistentibus ad quorumcumque collacionem presentacionem provisionem seu quamvis aliam disposicionem pertinentibus per eum ante reductionem huiusmodi concessarum factarum in quibus certa summa taxacionis huiusmodi decime est

expressa bulla huiusmodi vacaverat et vacaturi si eorum fructus et proventus summam ipsam in eisdem gratiis contentam secundum aliquam taxationem decime excedunt per easdem personas acceptari non possint nec persone ipse de illis sibi faciant provideri quarumcumque declarationum per dominum Urbanum factam vel alia non obstantibus

Item similem ordinationem fecit VI kl. junii anno VIII quo ad contenta in bulla consistentium in Narbonensi Tolosana et Auxitanensi provinciis et aliis civitatibus et diocesibus regni lingue Francie occidentalis

[margin: De confessione parum super debitis facta coram auditoribus camere ... ipsis non vocato ...]

Item eodem anno XVI kl. novembris idem dominus noster ordinavit quod si aliqui debitores occasione quorundam debitorum se submiserint distinctioni seu cohercioni curie camere apostolice auditoris vel vicesauditoris et ad confitendum debitum huiusmodi coram auditore prefato etc. constituerint procuratores quod debitores ipsi in Romana curia fuerint presentes et eis non vocatis iidem procuratores huiusmodi debita confiterentur coram auditore vel viceauditore predicto confessio huiusmodi que sic fieri contigit nullius roboris vel momenti existat ac proinde pro omnia habeantur ac si forte per eosdem iidem procuratores non fuissent

[margin: ... non procedi super nullitate sine ... usurario ... contractu quasi tale ... ut usurarium ... procedi aliquo ...]

Item ordinavit idem dominus noster eodem anno V° VIII kl. novembris quod mandet omnibus et singulis causarum pallatii apostolici auditoribus et aliis judicibus seu commissariis quibuscumque in Romana curia existentibus quod in aliquibus causis super nullitate summarum super contractibus usurariis latarum eis commissis vel imposterum committendis non procedant donec informationem summariam receperint si illi qui de nullitate huiusmodi egerint sint de usuraria pravitate diffamati publice et si eos per informationem huiusmodi super hoc repererint publice diffamatos in eisdem causis ultra non procedant alioquin partibus illis justiciam faciant in causis antedictis

[margin: Revocatio indultum]

Item idem dominus noster Gregorius apud Pontem Sorgie Avinionensis diocesis II idus junii pontificatus sui anno primo omnes unionis per eum factas que non sunt sortite effectum revocavit et voluit super hoc fieri litteras oportunas

[margin: clausula ponitur de indulgentiis in mortis articulo]

Item ordinavit idem dominus noster Gregorius III kl. junii pontificatus sui anno primo quod in litteris indulgentiarum in mortis articulo per eum de certo concedendarum ponatur clausula quod illi quibus huiusmodi indulgentie conceduntur a die qua concessiones huiusmodi ad eorum pervenerint noticiam singulis diebus veneris ieiunare teneantur alioquin concessiones ipse sint nulle

[margin: ... provisione ... ignoranti ydiomata]

Item ordinavit et voluit idem dominus noster V° idus julii pontificatus sui anno primo quod si de certo contigerit ipsum alicui persone de aliqua prochiali ecclesia providere seu mandare provideri quod nisi persona ipsa bene intelligat vel intelligibiliter loquatur ydiomata illius loci ubi dicta prochialis ecclesia consistat provisio seu mandatum huiusmodi nullius existat roboris vel momenti

[margin: De indulgentiis litteris expediendis]

Postea idem dominus noster VII° XV kl. augusti pontificatus sui anno VI voluit et ordinavit quod omnes illi quibus per eum indulgentie huiusmodi de certo concederentur tribus annis a tempore quo concessiones huiusmodi ad eorum noticiam pervenerint computandis duobus videlicet annis sextis feriis et tertio anno singulis diebus sabati prout de huiusmodi sextis feriis ipsius anni erat primitus ordinatum ieiunare teneantur et quod infra unius spatium a tempore concessionis ipsarum computandum faciant super eis litteras apostolicas expediri alioquin concessiones ipse nullius sint roboris vel momenti

Dominus noster Urbanus voluit quod ista regula suo tempore servaretur in aliqua sui parte

[margin: Indulgentie solum pro mortis articulo sub ... expediuntur]

Item ordinavit quod deinceps alique littere super concessione indulgentie sub sigillo cardinalium seu alterius cuiuscumque non expediantur

Dignetur R. P. V. mandare dominis auditoribus sacri pallatii apostolici quod si appellant aut opponetur in audientia vel alias coram ipsis in judicio contra aliquos de excommunicatione vigore

De obiectu excommunicationis latae super non remanendo in curia quod non admittatur talis obiectio per auditores

• rescripti apostolica per dominum G papam xj contra platos et curiales de non remanendo in curia tales
objectiones seu exceptiones non recipiat nec admittat. Prout dominus Urbanus papa vi in nonis octobris
eidem S per commisit et mandavit faciendum fieri si opus fuerit literam sigilli vel per sigillatam
in presentia protestationum

De mandato domini nostri pape idem auditor non admittat tales obiectus contra partes
sive per modum exceptionis sive alias opponat

De dispensatione in tertio et quarto gradu

Idem dominus noster G vj idus novembris pontificatus sui anno primo tertiam declarationem alias per se re.
Clementis papam vj factam super dispensationibus duorum super tertio et quarto gradibus se attingentium
in quarto gradu solummodo obtenta vel imposterum obtinenda valitura ac si distantia
tertii gradus a stipite mentio facta non fuisset declaravit extendi etiam ac si distantia
tertii gradus etiam si ad gradus affinitatis et non solum ad tertium vel ad quartum sed etiam
ad secundum et ad tertium gradum tam consanguinitatis quam affinitatis

Suppo

Exponit V S devota creatura V Demetrius Transilvan episcopus in tantum utentes et pro forma
et ecclesias rectores seu plebanos quarundam ecclesiarum diocesis Transilvan qui sunt nono ix de
et super decima et juribus percipiendi decimas pro tanta parte infra limites dictarum ecclesiarum sit latae
tres sive diffinitive conformes in favore dicti episcopi continentes inter alia imposterum
quod atque ita predictos rectores dicta lite pendente debeant revocari et quod executoria dictarum
sententiarum habenda in bulla cancellarie sic diffinita quod contra ipsos omnes rectores transeat una executoria
tamen dicitur esse de stilo cancellarie quod tot debent fieri executorie quot sunt rectores dictarum ecclesiarum
Quare supplicat eidem S V dictus episcopus pro maiori celeri expeditione quatenus cum gravissime esset
sibi quod una sententia licet contra diversas personas latas plures fieri executorias dignemini
providere et mandare quod exquo et sicut in uno libello contra omnes dictos ix rectores
concedatur et transeat maxime cum ex hoc nulli operatur preiudicium seu prenditur concessum
quod expediatur decreto in casu simili stilus ille non fuerit

Reservatio omnium beneficiorum curialium morientium infra duas dietas a Romana curia distantium

Item idem dominus noster iij kalendas aprilis pontificatus sui anno iiij reservavit voluit dispositioni sue omnes
dignitates personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura secularium et regularium tam curialium quam non curialium
quorumcumque curialium et aliorum ad Romanam pro suis negotiis accedentium quos ad loca ab
eadem curia ultra duas dietas legales non remota in quibus dignitates personatus et officia
aut alia beneficia huiusmodi obtinent et imposterum obtinebunt contigit declaravit eius electionem
ad eandem curiam proxime redeundi si eos in eisdem locis pretextu mortalitatis pestis durantis
migrare contigit ab hac luce

Decretum de beneficiis conferendis

Item xv kalendas octobris pontificatus sui anno iiij ordinavit quod in litteris conficiendis super gratiis
per quas ipse concedit alicui prelato facultatem conferendi vel reservandi conferenda aliqua
beneficia obtineat et dominus noster videat in signatione fiat dummodo tamen habeat gradum
aliquem in theologia vel in iure canonico aut civili vel si fuerit in medicina vel in artibus
vel in gramatica magister

De creditabus dietis in commissione examinis

Item ordinavit dominus G vj kalendas octobris anno iiij quod decreto litterae commissionis per quibus committit
vel committetur examen etiam ad partes non expediantur cum examinandi si ipse signaverit supplicationes
erant infra duas dietas legales a curia sed personaliter in curia examinandi subire teneantur

Indulgentia in mortis articulo

Item idem dominus noster xv kalendas novembris anno iiij ordinavit quod si decreto aliqui petant
aliquibus personis in cancellaria vel alibi nominandis concedi indulgentias in mortis articulo et
dominus noster signum fiat non est intentionis sue dictam indulgentiam concedere nisi persone nominentur
in supplicatione expresse

Item ordinavit idem dominus noster vj idus marcij anno v quod si contigerit eum de aliquo

Quod provisio facta alicui de beneficio vacante de quo mente ipsi vacationis sibi fuit provisum ... alio vivente nulla

beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura seculari vel regulari etiam si canonicatus et prebenda personatus dignitas personatus vel administratio vel officium existeret alicuius persone viventis quam asserunt per obitum ipsius persone vacare alicui providere vel mandare provideri et deinde idem dominus noster de beneficio ipso tunc per obitum persone huiusmodi vacante illi cui primo providerat vel prefatum provideat aut mandet provideri seu dictis per eum supplicationibus annuat quod ultima provisio seu mandatum huiusmodi sit nulla et viribus non subsistat

Qui petit beneficium subcollectoris

Item declaravit quod cum alicui sit gratia de beneficio vacante per obitum subcollectoris et non potest facere de officio subcollectorie fidem sed providetur sibi de beneficio ipso tamquam de specialiter reservato seu mandatur provideri cum clausula si non sit alteri ius quesitum ponatur in litteris super hoc conficiendis etiam si dictus fuit subcollector

Qui petit ... si ... venit litigantem ius competat

Item declaravit fuisse et esse intentionis sue quod quando supplicatur alteri provideri de beneficio super quo cum alio litigat si per eventum litis constaret quod venit litigantem in eo ius competat et dominus noster videat providendi sufficientiori beneficia que obtinet ille adversarius habeantur pro expressis sed si obtineat nulla vult quod arctetur ad dimittendum primum beneficiorum qualitate persone

Reverendissimus pater et dominus considerans quod illi qui assequebantur gratias super beneficiis ecclesiasticis antequam possent habere litteras apostolicas suas habebant se cum apostolica camera super annatibus concordare et inibi se obligare propter quod fatigabantur laboribus et expensis deliberatum extitit in ipsa camera quod absque obligationibus in Romana curia faciendis littere dictorum expediantur et ad collatores more solito remittantur litteris tamen super confirmationibus concessionibus et supplicationibus quibuscumque apostolica auctoritate factis personis quarumcumque nationum ac litteris super quibuscumque gratiis concessis illis de Leodien. et Alamanie partibus necnon Ungarie et Polonie regnis et civitatibus exceptis que ad concordandum et obligandum se more solito venire ad dictam cameram teneantur. Scriptum Avinione die xxix mensis ... pontificatus domini ... anno vi ... per archiepiscopum ... domini nostri pape camerarium

Item ... in quaterno regulari cancellarie ... continetur scriptum et ordinatum quod si petatur alicui de certo beneficio provideri et in supplicatione super hoc non fuit mentio de reservatione quam licet imperans habuit et poterat reservationem de beneficio antedicto littere apostolice super hoc expediende non expediantur cum narratione reservationis sed cum clausula si non sit alteri ius quesitum mandetur sibi provideri et ultimo scriptum est quod ... non vult stilum illum observari sed vere intentionis sit providere quocumque modo ad vos pertineat qui providet vel mandat provideri nisi in supplicationibus huiusmodi generalis mentio fiat et illa generalis reservatio fuit specificata ex quibus per ... oriuntur dubia ista ... ordinationes huiusmodi in iudiciis ... obtineant et in solum constitutionis inspiciunt cum eis non derogetur si aliquid contra fiat dictas igitur easdem ... prodicta lege ... declarant et decrevit quod quecumque gratie per ... qualitercumque facte vel obtente in quibus de huiusmodi generalibus reservationibus non fiat mentio ... nisi quibus ... fuit specificata sint ipso iure nulle nullius sint roboris vel momenti vel littere et processus continentes concessa quod habeant ... constitutionis ... suo ... ~~habeant~~ respiciat modum confectionis litterarum ... mandati et quod nisi singule reservationes generales specificaverint et fiat mentio gratie sint nulle et ita declaravit scriptum Avinione die xxix mensis aprilis pontificatus ...

Item voluit et ordinavit quod si contigat cum dispensari cum aliquibus parientibus defectum natalium quod possint succedere in bonis temporalibus propterea non preiudicet illis ad quos successio dictorum bonorum ab intestato debitur pertinere et de hoc in apostolicis litteris super hoc conficiendis fiat mentio specialis

Item ordinavit quod si contingat dominum nostrum papam per aliquem eorum alicui de dominis cardinalibus vel auditoribus causarum pallacii apostolici aut alii vel aliis in Romana curia seu de ipsius mandato committi citandi potestatem citandi etiam seu certas personas personaliter si causa vel causis super quibusdam contra eos in veniat propter diffamationes quod testes super diffamatione huiusmodi producendos diligenter examinet per se ipsum nisi fuerit cardinalis qui huiusmodi examinationem auditori suo committere possit et non notario dumtaxat ac parte huiusmodi citationem petente iurare faciat quod huiusmodi citationem non malitiose petat et sub aliqua formidabili certa pena obligari faciat quod causam huiusmodi usque ad finem debitum prosequatur et si contingat dictam partem huiusmodi decretam citationem malitiose non prosequi ulterius nullatenus audiatur

Regule Urbani pape VI^ti

Dominus Urbanus papa VI in octavo idus aprilis post assumptionem suam et ante coronationem revocavit omnes expectativas per suum predecessorem gratias in quibus modo non esset eisdem expectantibus in re quesitum prout in constitutione super hoc facta plenius continetur

Item idem dominus noster ordinavit XIIII kalendas maii die post coronationem suam pontificatus sui anno primo quod in quibuscumque supplicationibus gratiarum de beneficiis ecclesiasticis vacantibus vel certo modo vacaturis etsi cum cura et preter dignitates ac dignitates personatus et officia existant per eum quibuscumque personis faciendarum tam ipsorum quam aliorum beneficiorum que dicte persone obtinebunt seu de quibus eis fuerit provisum vel mandatum providi veri valoris exprimantur sub commi (?) certificationem aliquam gratie huiusmodi nullius existant roboris vel momenti nisi gratie ipse motu proprio essent facte

Item idem dominus noster in confirmationibus sic voluit observari

Item ordinavit idem dominus noster VI kalendas novembris anno primo quod in quibuscumque bonis provisionum quorumlibet monasteriorum per eum decreto faciendarum ponatur clausula quod in ipsis monasteriis solitus monachorum et ministrorum numerus nullatenus minuatur sed secundum facultatem consuetum

Item ordinavit idem dominus noster eodem die quod in aliquibus litteris indulgentiarum spectantium per visitationem ecclesiarum seu capellarum aut ad ipsarum fabricam seu alias manus porrigentibus adiutrices aut inibi pias elemosinas erogantibus per eum decetero concedendarum non ponatur nisi festa principalia ecclesiarum et capellarum ipsarum et quorum in honorem ecclesie et capelle ipse fuerint fundate

Item ordinavit kalendas (?) primo pontificatus sui anno secundo quod in omnibus provisionibus ecclesiarum titulatarum ponatur clausula quod illi qui ad ipsas ecclesias promovebuntur teneantur in ipsis residere

Idem voluit quod provideret de ecclesiis aliquibus quarum fructus valor annuus non excedit XX^ti florenorum tantum

Item declaravit idem dominus noster VIII idus aprilis pontificatus sui anno secundo se intencionis fuisse et esse omnia beneficia ecclesiastica quorumcumque que vacare contingit per adeptionem antipape quoniam et ubicumque fore dispositioni sue reservata et nullum preter ipsum ea vice potuisse vel posse disponere

Item ordinavit dictus dominus noster VIII kalendas maii pontificatus sui anno in quo quod si quis decetero impetraverit aliquod beneficium vacans vel certo modo vacaturum nisi verum valorem exprimat per marcas argenti vel per libras turonensium parvorum vel per florenos auri vel ducatos vel francos aut uncias auri vel argenti litere non expediantur et gratia sit nulla

Item ordinavit kalendas iunii pontificatus sui anno eodem quod decreto quicumque impetrantes aliqua beneficia ecclesiastica vacantia vel in commendam cathedralibus ecclesiis vel monasteriis aut in eis conventualibus vel albacialibus aut aliis quibuscumque beneficiis teneantur verum valorem tam beneficii sic vacandi quam decem certe vel maiorem

aut mensis seu alterius beneficii cum huiusmodi unio fieri debeat aliasque huiusmodi uniones non valeant et littere super eis non expediantur per cancellariam

Idem voluit quod impetrantes confirmationes unionum iam factarum [illegible] anno quinto

Item eadem die revocavit omnes uniones factas per predecessores suos que nondum sortite sunt effectum

De expressione beneficiorum in supplicationibus et aliorum beneficiorum obtentorum

Item quicumque habet beneficium seu beneficia a domino nostro domino Urbano papa VI ut ab alio si impetrat aliud quod primo beneficia obtinuerat exprimere tenetur aliasque littere per cancellariam non expediantur nisi hoc in petitionibus exprimatur

Item in [illegible] decembris pontificatus sui anno primo idem dominus noster huiusmodi vendi[tiones] et arrendationes firmas seu locationes et alias quascumque concessiones quocumque nomine censeantur in [illegible] impetitium seu aliorum quorumcumque factas seu imposterum faciendas cassavit revocavit et annullavit et penitus nullius esse voluit et decrevit

De litteris confessionalibus

Item [illegible] maii pontificatus sui anno primo ordinavit quod in omnibus litteris in quibus conceditur aliquibus quod possint eligere confessorem ponatur etiam in fine presentibus post X annos minime valituris super petitis de preterito factis super quibus hic non sunt concesse

De obligatione facienda camere pro beneficiis vacantibus et quod aliter littera non expediatur

Nos Marinus miseratione divina archiepiscopus Brundusinus domini nostri pape camerarius camere apostolice que sequimur in hac parte et de expresso dicti domini nostri mandato ad infrascripta sic vive vocis oraculo nobis facto vobis dominis et [illegible] eiusdem domini nostri pape secretariis abbreviatoribus et aliis apostolicarum scriptoribus presentibus et futuris sub virtute sancte obedientie districte inhibemus quatenus ne in antea vos seu alter vestrum aliquas litteras apostolicas beneficiorum vacantium quarumcumque personarum per cancellariam seu cameram expediatis nisi obligatione primitus tamen per eos quos ipsa beneficia concernunt de quarum obligationibus per cedulas manibus clericorum camere signatas vobis more solito fiat fides aliasque exactiones annatorum beneficiorum predictorum ab illis quam camera fecerunt in preiudicium procedimus et ut premissa ad cuiuslibet vestrum notitiam perveniant presentes litteras nostri camerariatus officii impressione munitas in predicta cancellaria publicari voluimus et in porta eiusdem affigi. Datum Rome die [illegible] mensis septembris anno nativitatis domini M°CCC°LXXIX° indictione II pontificatus domini Urbani divina providentia pape VI anno II°

Declaravit idem dominus noster Urbanus papa VI sue intentionis fuisse et esse quod omnia beneficia ecclesiastica quecumque que vacare contigit per adeptiones et [illegible] quacumque de [illegible] sue dispositioni sint reservata et nullum preter ipsum de illis ea vice potuisse vel posse disponere quoquomodo

[illegible] de beneficiis [illegible]. Ista regula fundatur super illa que loquitur et notatur in Clementina [illegible] de [illegible]

Item declaravit idem dominus noster sue intentionis fuisse et esse quod quecumque papa providet aut mandat provideri de aliquibus beneficiis ecclesiasticis manualibus seu ad nutum removibilibus regularibus vel secularibus cum curam sive cura per huiusmodi provisionem vel mandatum de providendo huiusmodi beneficia non censeantur perpetua sed maneant revocabilia sicut prius et perpetue huiusmodi beneficia removeri et revocari ab illis possint per eorum superiores ad quos ipsa pertinet sicud potuissent si per superiores ipsos ipsa beneficia ipsis collata fuissent

[illegible] si nec utri litigantium ius competit intelligit de petitorio non de possessorio

Item declaravit idem dominus noster quod quando litigant duo super certo beneficio et alterum litigantium asserit quod neutri litigantium ipsorum ius competit in beneficio de quo agit et petit de dicto beneficio de novo sibi provideri mandari si neutri ipsorum ius competit vel provideri sufficientior ex eis et papa indicat quod provideat sufficientiori intentionis dicti domini nostri pape fuisse et esse quod huiusmodi [illegible] vel tales gratie per eum facte vel imposterum faciende nullum locum habeant quando de huiusmodi beneficio agitur et super eo litigatur solum super possessorio duntaxat sed duntaxat quando agitur petitorio vel petitorio et possessorio simul et si alter ipsorum sit absens a curia et sit senex vel valetudinarius non possit cum personaliter ad subeundum

examen sed auditor camere contitat alicui in partibus examinacionem talis sciencie vel valitudinarii

Item prefatus dominus noster declarat sue intencionis fuisse et esse quod illi qui propter adhesionem antipape sunt privati suis beneficiis per papam dominum nostrum si revenerint non adheserunt non intelligunt nec sunt privati suis beneficiis et processus factos contra eos eis non vocatis esse nullos et nullius roboris vel momenti

Declaracio contra illos qui tamquam hereticos sunt privati beneficiis

Item idem dominus noster declarat quod omnes litere a beneficiis impetrate super capellanatu honoris per criminosos et impostere impetrande sunt surrepticie nisi fiet mencio de huiusmodi crimine

De criminosis qui impetrant capellanatum honoris

Item declarat idem dominus noster sue intencionis esse si super crimine impetret talis impetrantis ex officio vel ad instancia partis

Item ordinat idem dominus noster quod in graciis deinceps per eum faciendis quibuscumque personis motu proprio de beneficiis vacantibus vel certo modo vacaturis exprimatur verus valor huiusmodi beneficiorum alioquin gracie non valeant et litere super hiis non expediantur

De valore primeri in graciis proprio

Item ordinat idem dominus noster quod in literis suis per quas concedit aliquibus personis de regno Sicilie quod possint audire divina tempore interdicti ponatur clausula dummodo huiusmodi interdictum non fuit positum propter censum huiusmodi regni non solutum

De interdicto in Sicilia

Item ordinat idem dominus noster quod in literis conficiendis super graciis per quas aliqui olim adherentes antipape absolvuntur vel restituuntur ad honores vel ad bona ponatur clausula quod ante omnia abiurent et forma abiuracionis inseratur literis supradictis

De abiuracione scismaticorum

Item ordinat idem dominus noster quod si contingat aliquem petere confirmacionem alicuius unionis composicionis transaccionis vel donacionis vel alteriuscumque contractus cum clausula suppletes omnem defectum si quis in eis intervenerit non est intencionis sue supplere aliquos defectus nisi essent in supplicacione specialiter expressi vel nisi supplicacionem signaret per fiat ut petitur R

De supplecione defectus in supplicacione

Item ordinat idem dominus noster quod deinceps in literis super unionibus et confirmacionibus unionum per ipsum faciendis vel concedendis ponatur clausula videlicet quod ille vel illi quibus fit unio vel conceditur confirmacio unionis iam facte teneantur sub nomine census et in signum recepcionis huiusmodi gracie unionis vel confirmacionis singulis annis camere Romane quinquagesimam partem eius annuatim fructuum reddituum et proventuum seu beneficiorum uniendi vel cuius unionis iam facte confirmacio conceditur

De unionibus

Item ordinat idem dominus noster quod si contingat ipsum donare vel concedere aliquas terras castra possessiones vel loca aut bona immobilia quecumque in regno Trinacrie consistencia vel concessas aut donaciones donaciones de talibus per alios factas confirmare vel confirmari aut concedere vel donari mandare in literis apostolicis super huiusmodi donacionibus seu concessionibus aut confirmacionibus castra possessiones loca et alia bona huiusmodi non sunt de manu ullius regni in quo consistunt nisi fortasse idem dominus noster manum aliam reperet hoc sunt et in graciis iam factis super quibus litere apostolice antea non essent facte et expedite

Item idem dominus noster vult quod si in supplicacione narratur beneficium vacans per mortem et petitur providi et si obtinens fuisset adherens quondam supplicacionem signaret per simplex fiat mentio loco in literis conficiendis exprimatur predicta clausula et si obtinens fuisset adherens

Item declaravit idem dominus noster in castro civitatis Lucerie christianorum die prima mensis maii anno VII sui pontificatus quod clerici cuiuscumque ordinis bellantes contra dominum Karolum de Duracio et gentes suas pro defensione domini nostri ipsius et aliorum existentium infra castrum predictum si contigerit eos aliquem occidere vel membro aliquo mutilare nullam sententiam excommunicationis vel irregularitatis notam incurrunt et omnes bellantes predicti illa indulgentia illorumque privilegio gaudeant quibus gaudent euntes in subsidium terre sancte et hoc idem declaravit de eis qui preteritis temporibus aliquos occiderunt vel mutilaverunt de predictis f. eo

Item idem dominus noster voluit et mandavit ac vive vocis oraculo in consistorio declaravit publice ut fatalia super prosecutionibus appellationum ad se et ad curiam suam tam a iure quam ab homine traditarum a XVI kalendas mensis novembris februarii pontificatus sui anno VII usque ad XVII kalendas mensis novembris anni predicti non curreret nec computaretur et huiusmodi appellationes liberi [illegible] valeant et possint huiusmodi lapsu temporis necnon constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque

non reservata beneficia familiarium pape

Item dominus Urbanus papa declaravit Ianue XVII kalendas ianuarii pontificatus sui anno VIII intentionis sue fuisse et esse quod omnia beneficia familiarium suorum sint generaliter reservata dummodo sint continui commensales vel ex libera sua vel cantores capelle sue

Item declaravit idem dominus noster prohabentibus expediri confirmationes beneficiorum suorum infra quadrimestre quod infra huiusmodi quadrimestre decursum a kalendas februarii pontificatus sui anno VII usque ad XVII kalendas novembris proxime preteriti minime computentur nec impetrantibus confirmationes huiusmodi preiudicium aliquod generetur

non de provisionibus et aliis confirmationibus

Item ordinavit idem dominus noster decetero quod collationes acceptationes provisiones presentationes institutiones vel electiones quorumcumque beneficiorum confirmabit aut impedimenta tollet aut mandabit tolli ex eis seu ea penitus valere voluit et decrevit ac si impedimento huiusmodi non intervenisset [illegible] additur in confirmationibus huiusmodi clausula [illegible] dummodo impetrans non sit intrusus

non [illegible] parte qui dicit se procuratorem non sit appellat a sua curia

Item ordinavit et mandavit quod si aliquis pro suo nomine vel alias pro alio appellaverit a sua [illegible] in Romana curia pendente et asserit se procuratorem partis pro parte informaverit asserens se probaturum de sufficienti mandato ad appellandum si probatione defecerit ita quod de huiusmodi mandato docere non possit auditor cause huiusmodi appellationis appellantem ipsum [illegible] si [illegible] appellavit eandem appellationem postmodum [illegible] habeat tamquam falsarium puniet appellatione remota etc.

ius aperuisse [illegible] oppositiones [illegible] intrusionem occupationem detentionem et impedimenta [illegible] Bohuslao dicto domino [illegible] [illegible] dictis canonicatu et prebenda [illegible] et [illegible] fuisse et esse temerarias illicitas et iniustas temeraria illicita et iniusta ac de facto [illegible] et [illegible] dictorum Bohuslao de et super oppositionibus intrusionem detentionem et impedimentis ac canonicatu prebenda predictis [illegible] silentium [illegible] et [illegible] imponi [illegible] ab occupatione detentione dictorum canonicatus et prebende amoveri [illegible] dictum dominum [illegible] in et ad realem actualem et corporalem possessionem dictorum canonicatus et prebende [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] omnibus [illegible] sibi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] petit dictus [illegible] [illegible] super [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] omnibus [illegible] modo [illegible] causa et forma quibus [illegible] [illegible] et debent [illegible] [illegible] [illegible] tempore [illegible] et fructibus [illegible] canonicatu et prebenda [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fructibus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] officium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] implorando
Salvo iure addendi [illegible] mutandi [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] et est mos [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

Nota [illegible] [illegible]

Anno domini [illegible] [illegible] indictione [illegible] die [illegible] mensis [illegible] [illegible] [illegible] pontificatus [illegible] Bonifacii pape noni anno quarto in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dicto [illegible] et [illegible] canonicatus et prebenda [illegible] sibi [illegible] [illegible] et [illegible] sibi [illegible] non [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sibi [illegible] [illegible] et [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] canonicatum et prebendam [illegible] [illegible] [illegible] officium in [illegible] [illegible] [illegible] vacantem et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sibi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sibi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in choro [illegible] [illegible] recepit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dicto [illegible]   notarius fuit Johannes [illegible] natus [illegible] [illegible] [illegible] clericus [illegible] diocesis [illegible] auctoritate publicus notarius

Nota regulas novas domini nostri Bonifacii

Et primo dominus noster Bonifacius papa nonus pontificatus sui anno primo post assumptionem et ante suam coronationem regulas suprascriptas dominorum Jo[hannis] et bene [illegible] [illegible] sexti quinti Gregorii et Urbani vi Romanorum pontificum suorum predecessorum sed in modificationes declarationes et determinationes eorum suprascriptas approbavit et suo voluit tempore [illegible] observari nisi aliud duntaxat in contrarium ordinandum

Item idem dominus noster Bonifacius ix eadem die declaravit omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica necnon dignitates personatus et officia quecumque secularia vel regularia cum cura vel sine cura [illegible] [illegible] recordationis Urbanum vi papa [illegible] predecessorem suum fuerit dispositioni sue reservata et de quibus idem predecessor [illegible] disposuerit et que tempore obitus dicti predecessoris sic reservata vacabant remansisse et remanere [illegible] huiusmodi reservationem et eius decretum eiusdem predecessoris [illegible] nullumque de illis preter Romanum pontificem ea vice potuisse vel posse disponere quoquomodo ac decrevit ipse dominus noster irritum et inane quidquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan erat [illegible] vel imposterum contigerit attemptari

Item dominus noster predictus [illegible] Non[as] Decembris pontificatus sui anno primo specialiter reservavit collationi reservationi ordinationi et dispositioni sue omnes dignitates personatus et officia canonicatus et prebendas ac alia beneficia de et super quibus sibi placebit vel specialiter reservationem [illegible] et [illegible] eidem videbitur et non [illegible]

De pr[ae]rogativa familiarium cardinalium

Item idem dominus noster B. prima nonas [?] xiiii kalendas Januarii anno primo extendit gratias suas per ipsum factas in rotulis duorum cardinalium predictorum familiaribus domesticis commensalibus ad eorum familiares non domesticos neque tunc commensales

De prerogativa familiarium

Item idem dominus noster B. iiii° nonas Januarii anno predicto declaravit sue intencionis fuisse et esse quod omnes familiares sui domestici et commensales in graciis expectativis per ipsum eis factis concurrentes in data cum aliis eius familiaribus non commensalibus et aliis quibuscumque preferrentur huiusmodi vel aliis familiaribus non commensalibus et aliis quibuscumque preter quam dominis cardinalibus et quod familiares non commensales cum aliis non familiaribus concurrentes simul preferantur

De certa scientia et quomodo

Item voluit et ordinavit xi kalendas Februarii anno predicto quod in graciis per eum de certo faciendis de quibuscumque beneficiis ecclesiasticis per certam qualem ut et si alias quomodo non veniunt beneficia vacancia per adhesionem antipape aut sequacium suorum neque per privaciones per eundem dominum nostrum vel eius auctoritate factam

Quod vigore expectative non possit acceptari beneficium vacans in curia

Item voluit xv [?] kalendas Novembris anno predicto quod nullus vigore gracie expectative ab ipso impetrate vel impetrande possit acceptare beneficia vacancia in curia Romana per morte quorumcumque si habens expectativam habeat clausulam in genere vel in specie quod beneficia in curia vacancia possit acceptare

De capellanatu honoris

Item declaravit vii nonas Marcii pontificatus sui anno secundo sue intencionis fuisse et esse ac decrevit quod gracie de capellanatu honoris apostolice sedis personis quibuscumque per ipsum concesse aut in futurum concedende nisi clarissime constet seu constare possit quod de expresso consensu personarum ipsarum quibus huiusmodi gracie concesse sunt aut concedi continget in futurum gracie huiusmodi sunt impetrate et si super illis littere apostolice confecte apparerent nullius tamen existant roboris vel momenti

Item voluit idem dominus noster vii nonas Marcii pontificatus sui anno secundo quod si quem ex litigantibus in Romana curia super quocumque beneficio ecclesiastico decedere matrimonium contrahere vel religionem intrare vel aliquem casum contingat propter quem ius illi competens in tali beneficio personatu vel officio vacet aut vacare speretur et alius colligans in iure seu ad ius huiusmodi si quod illi competit per eundem dominum nostrum subrogetur aut surrogari mandetur auditor datus ad causam ipsam non prius in ipsa vel ad processum surrogati vel surrogandi procedat quam ipse docuerit per apostolicas vel alias ante litteras ipsius beneficii collatoris seu saltem de colorato titulo causam ipsam non maliciose nec fraudulenter sed pure et bona consciencia inchoasse ipsique auditori hoc ipsum visum fuerit ex verisimilibus coniecturis quo casu ad predicta procedat iusticia mediante alioquin voluit dictus dominus noster dictas surrogaciones et commissiones et quecumque inde secuta nullius existere roboris vel momenti et hoc etiam voluit extendi ad quascumque causas et litigia in dicta curia pendencia indecisa eciam per appellacionem [?] etc.

De beneficio vacanti petito in rotulo an [?] generale

Item idem dominus noster declaravit vi kalendas Marcii anno secundo sue intencionis fuisse et esse quod si in aliquo rotulo per eum signato super graciis expectativis reperiatur aliqua supplicatio de beneficio vacanti per signaturam suam qualem ut fiat per omnibus supradictis supplicacio de beneficio vacanti non intelligatur signata nec littere apostolice super illa expediantur

De tractu ad iudicium vetitum [?] curtesanum vel curtesanam

Item voluit idem dominus noster et ordinavit x kalendas Junii pontificatus sui anno secundo quod si aliquis clericus vel persona ecclesiastica curtesanus vel curtesana aut alias in Romana curia quamvis degens vel de loco in qua eadem curia fuit aut esse Romane immediate subiecto existens aut in eo domicilium vel incolatum habens vel residens de cetero traxit alium clericum vel personam aliam ecclesiasticam curtezanum vel curtezanam aut in Romana curia alias quamvis degentem vel de loco predicto existentem in eo domicilium vel incolatum habentem vel residentem ad iudicium seculare [?] vetitum ipso facto sit privatus omnibus beneficiis que obtinet et inhabilis perpetuo ad quecumque beneficia obti[nenda]

In pastoralibus [?] beneficiis illegitimis [?] intelligitur secum dispensatum

Item declaravit idem dominus noster V xv kalendas Augusti pontificatus sui anno secundo quod quando aliquis petit ab ipso aliquod beneficium curatum aut dignitatem vel personatum vel non curatum officium et talis petens patitur defectum etatis aut natalium vel alias talis existit qui indigeat quod secum dispensetur per signaturam fiat ut petitur non intelligitur cum tali esse dispensatum nisi ipse dominus noster signaverit scribat et dispensamus

Qui de novo providetur de beneficio vel mandat providendi infra octo menses expediat litteras alioquin provisio nulla

Item declaravit ii kalendas Januarii pontificatus sui anno quarto et mandavit quod si ipse decetero alicui de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura seculari vel regulari etiam si canonicatus et prebenda ac dignitates personatus vel officium vel administratio fuit de eo antea sibi apostolica vel ordinaria auctoritate provisum vel in illo institutus aut confirmatus fuerit de novo hactenus vel decetero providebat vel mandavit seu concessit providendi ille talis cui providebit aut mandabit seu concedet providendi super huiusmodi provisione seu concessione teneatur infra octo menses a die signature supplicationis computandos facere litteras apostolicas expediri vel saltem in cancellaria poni alias huiusmodi provisio aut mandatum sive concessio nullius sit roboris vel momenti et dicto termino elapso littere apostolice per cancellariam super ea non expediantur

Item voluit idem dominus noster de iam signatis super similibus concessionibus quod infra octo menses a die predicta videlicet ii kalendas Januarii teneat ut supra

Electi ad prelaturas non consecrentur nec benedicantur nisi prius litteris expeditis

Item eadem die voluit et mandavit quod decetero nullus electus ad aliquam kathedralem ecclesiam vel abbas ad aliquod monasterium promotus electus consecrari et abbas benedici in Romana curia vel extra possit seu debeat nisi primo littere apostolice super promotione huiusmodi expedite et bullate aut integre et in camera apostolica expedite fuerint contrarium vero facientes tam consecrati et benedicti quam consecrantes et benedicentes excommunicationis sententiam incurrant ipso facto

cave nomisse [?]

Per fiat solum non veniunt nisi duo in ora petita

Item voluit et ordinavit viii kalendas Martii pontificatus sui anno quinto quod per signaturam suam fiat ut petitur non veniant nisi duo in ora petita seu unum tantum ultra illud quod venire per fiat etc. exceptis clausulis generalibus in peticionibus signatis expressis quas omnes voluit in peticionibus de beneficiis vacantibus aut certo modo vacaturis tantum venire et venisse etc.

De data anticipanda

Item eadem die declaravit sue intentionis fuisse et esse quod si in aliqua supplicatione petatur data anterior quod nullatenus data petita veniat nisi ipse dominus noster in signaturam manum suam ponat signans sub data petita aut ipsam datam ad partem petitam signet

De beneficiis scriptorum substitutorum litterarum apostolicarum

Item eadem die declaravit intentionis sue fuisse et esse quod beneficia quorumcumque qui loco scriptorum litterarum apostolicarum penitentiarie absentium sunt positi aut substituti et imposterum ponentur vel substituentur ac etiam illorum scriptorum predictarum litterarum qui scribunt litteras secretas aut alias sine tamen participatione emolumenti communis officiorum ipsarum litterarum fuerunt et sunt dispositioni apostolice reservata sicut beneficia verorum scriptorum predictarum litterarum

De beneficiis familiarum pallacii apostolici

Reservatio beneficiorum familiarum palacii

Item eadem die voluit et declaravit sue intentionis fuisse et esse quod beneficia quorumcumque familiarum pallacii apostolici in officiis ipsius pallacii familiarum utrorumque cedentium vel decedentium fuerunt et sunt dispositioni apostolice generaliter reservata ipsis in huiusmodi beneficiis familiaribus eiusdem pallacii insistentibus

24 — De impetrantibus beneficia familiarium

Item eodem die voluit et declaravit idem dominus noster quod si quis impetraverit aliquod beneficium per obitum alicuius alicuius familiaris domestici continui et commensalis ex alicuius sancte Romane ecclesie cardinalium tempore vacationis ipsius ipsius beneficii in dicti cardinalium servitiis actu persistentis quod nisi impetrans fecerit mentionem in specie vel in generali in peticione sua de huiusmodi familiaritate talis impetratio sit nulla

22 — De non obstantiis exprimendis

Item declaravit eodem die idem dominus noster intentionis sue fuisse et esse quod vigore clausule in peticionibus generaliter posite videlicet non obstantibus beneficiis et gratiis que obtinet in cancellaria exprimendis non possit exprimeri in litteris super eisdem gratiis conficiendis nisi duo beneficia aut duas gratias aut unum beneficium et unam gratiam duntaxat

23 — De reservatione speciali

Item eodem die declaravit intentionis sue fuisse et esse quod si aliquis petierit in aliqua supplicatione beneficium tamquam specialiter reservatum quod nullatenus detur ipsa reservatio nisi ipse dominus noster propria ponet manum sua propria detur reservatio specialis et ultra hoc consulat dictus dominus noster et eius mandatum et commissio expectetur

24 — De gratiis expectativis et iure patronatus laicorum

Item eadem die declaravit sue intentionis fuisse et esse quod in gratiis expectativis signatis prout petitur non veniat clausule generales de beneficiis generaliter reservatis aut de iure patronatus laicorum nisi idem dominus noster in signatura manum propria posuerit et eciam clausulis generalibus et de iure patronatus laicorum vel similia verba intentionem sua prout declaravit exceptis gratiis expectativis dominorum cardinalium prothonotariorum ac etiam secretariorum et familiarium suorum domesticorum et continuorum commensalium ac auditorum domini nostri

25 — De unionibus et confirmationibus

Item eodem die declaravit et voluit quod super peticionibus per eum signatis et signandis in posterum super quibuslibet unionibus faciendis aut confirmationibus unionum iam factarum non expediantur littere apostolice nisi in huiusmodi peticionibus dictus dominus noster ponat manum propria uniones et confirmationes

26 — De data currenti

Item eodem die voluit et ordinavit quod littere super peticionibus signatis per eum aut per concessum in quibus data non est posita non expediantur nisi sub data currenti illa die qua in cancellaria ponentur quam regulam etiam voluit observari in omnibus peticionibus iam retroactis temporibus per eum aut per concessum signatis super quibus littere apostolice non sunt expedite

27 — De data per concessum

Item eodem die declaravit et voluit idem dominus noster quod per concessum non veniat plus quam prout petitur quam regulam voluit etiam observari in peticionibus iam per concessum signatis super quibus littere apostolice non sunt expedite

De iure patronatus laicorum

Item eodem die voluit et ordinavit quod si deinceps in aliqua supplicatione petatur aliquod beneficium de iure patronatus laicorum aut tale quod etiam si de iure patronatus laicorum existat quod littere apostolice super ipsa supplicatione vel peticione vel cum clausula illa quo adiectam clausulam nullatenus expediantur nisi in supplicatione ponatur expresse quod tale beneficium tanto tempore vacaverit quod est ad sedem apostolicam devolutum vel nisi idem dominus noster propria manum propria ponat esse de iure patronatus laicorum existat vel adiectam ipsam clausulam petitam signet

De expressione non obstantiis

Item eodem die voluit et ordinavit dominus noster quod si deinceps in aliquibus supplicationibus in non obstantiis ponantur ista verba non obstantibus regulis et stilo cancellarie contrariis ad effectum quod ipse regule vel stilus cancellarie tollantur quod propter tales non obstantias non tollantur regule nec stilus nisi idem dominus noster propria manu propria ponat regulis ac stilo cancellarie non obstantibus ut petitur vel alia verba idem importantia ex quibus sua intencio appareat quod ea tollere velit vel ad partem concedat quod impetranti non obstent regule aut stilus predicti

Per obitum familiaris

Item eodem die voluit et ordinavit et mandavit quod si deinceps in aliqua supplicatione petitur aliquod beneficium per obitum in cancellaria exprimendum quod littere super tali supplicatione nullatenus expediantur quam regulam voluit esse observari in supplicationibus iam signatis super quibus littere apostolice nondum sunt expedite et si contrarium fiat gratia sit nulla

De forma in litteris apostolicis
De litteris provisionibus et surrogacionibus

Item eodem die voluit et ordinavit dominus noster quod in omnibus litteris apostolicis conficiendis super graciis per eum faciendis surrogacionum necnon provisionum illorum qui asserunt sibi beneficia auctoritate quacumque iam esse collata et etiam si neutri litigancium ius competierit ponatur clausula dummodo impetrantibus non fuit in ipso beneficio ius quesitum quam regulam voluit observari etiam super peticionibus iam signatis super quibus littere apostolice nondum sunt confecte

De gratia si neutri

Item eodem die ordinavit dominus noster quod in litteris apostolicis conficiendis super graciis beneficialibus in quibus petitur quod in beneficio super quo litigatur provideatur alicui si neutri ius competat ponantur hec verba in eo vel ad eum seu in illo vel ad illud licet in peticionibus solum ponatur in eo vel in illo quam regulam voluit observari etiam in peticionibus iam signatis super quibus littere apostolice nondum sunt confecte

De prerogativa cardinalium familiarium

Item eodem die voluit et ordinavit dominus noster quod si ipse providerit alicui cardinali de aliquo beneficio vacanti et in eodem die providerit cuicumque alteri etiam ipsius domini nostri familiari domestico et continuo commensali quod ipse cardinalis alteri cuicumque seu in data concurrenti preferatur. Si autem eodem die de eodem beneficio providerit aut mandaverit seu concesserit provideri alicui familiari ipsius domini nostri et alteri non familiari quod familiaris alteri preferatur. Si vero familiari domestico continuo commensali et alteri familiari non domestico continuo commensali quod familiaris domesticus et continuus commensalis non domestico continuo commensali preferatur

Nota regulam

Item eodem die voluit et ordinavit quod ubi sunt duo vel plures expectantes in eadem ecclesia vel ad eandem collacionem et etiam in genere vel in specie eiusdem vel diversarum datarum quod omnes possint in eorum gracia cadens beneficium vacans infra mensem a die noticie vacacionis computandum acceptare et de illo sibi facere provideri salvo cuilibet iure prioritatis et posterioritatis ubi quod prior tempore vel prelacione accessionis vel diligencia de iure preferendus sit si acceptavit et fecit sibi provideri posterioribus in assecucione beneficii huiusmodi preferatur quam regulam esse servari voluit in beneficiis expectativis qui iam beneficia acceperunt etiam si super illis lis pendeat indecisa et partibus

Similiter nota

Item eadem die voluit idem dominus noster quod si contingat ipsum providere aut mandare vel concedere provideri alicui de aliquo beneficio ecclesiastico quod per illum vigore gratie ipsius domini nostri fuit infra tempus debitum acceptatum cadens in gratia sua vel esset obtentum illud aut ordinarie vel quamvis alia et novam provisionem de ipso beneficio petenti et eadem die de illo providerit vel concederet aut mandet provideri quod qui dictum beneficium acceptaverunt vel alias obtinebat ut prefertur et cui concesserat novam provisionem alteri preferatur et idem voluit fieri quando surrogat vel concedit aut mandat surrogari aliquem in ius seu ad ius quod competebat alteri litiganti gratiam si veniet sibi competeret etc.

De provisione et executore

Item eodem die voluit et ordinavit idem dominus noster quod si ipse alicui provideat seu mandat aut concedat provideri de dicto beneficio vacanti et eodem die executor gratie expectative datus per ipsum dominum nostrum vigore eiusdem gratie providit alicui expectanti de ipso beneficio quod ille cui dominus noster providit vel mandavit aut concessit provideri in dicto beneficio preferatur illi cui per executorem provideretur seu fuit provisum etc.

De religiosis

Item voluit et ordinavit idem dominus noster eodem die quod si aliqui religiosi petunt aliquod beneficium ad nutum revocabile cum clausula quod exinde pro solo nutu abbatis vel superioris non possint amoveri quod littere quo ad ipsam clausulam nullatenus expediantur nisi idem dominus noster ponat signaturam et quod non possit amoveri vel ad partem ipsam clausulam concedat

De clausula anteferri

Item eodem die voluit et ordinavit idem dominus noster quod si quis habeat gratiam expectativam cum clausula anteferri vel sub data v idus novembris pontificatus anno primo et impetrat aliam gratiam expectativam vel beneficium vacans et non faciat mentionem de prima gratia expectativa quam habet et de clausula anteferri vel sub data v idus novembris et de ipsa clausula et data quod talis gratia non valeat et idem voluit observari in reformationibus in quibus de prima tali gratia cum clausula predicta vel cum data v idus non faciat mentionem exceptis cardinalibus prothonotariis auditoribus et familiaribus continuis commensalibus et domesticis ac secretariis ipsius domini nostri

De pluribus graciis

Item voluit et ordinavit eodem die idem dominus noster quod si quis habens gratias expectativas tres obtinuit hactenus aut obtineat in futurum quartam gratiam expectativam quod illa quarta nullatenus expediatur et si contrarium fuit factum ipsa gratia expectativa et que cumque inde secuta sunt nulla Quod si aliquis hactenus habuit ultra tres gratias expectativas et de tribus earundem consecutus fuit effectum quod reliquie expectative gratie eo ipso sunt nulle casse ac irrite Si vero nondum consecutus est effectum earundem aut aliquarum ipsarum quod de tribus ipsius primis tantum possit consequi effectum et quod reliquie sunt casse irrite nulle exceptis ut supra cardinalibus et sic de aliis ut prefertur

Nota de gratiis expectativis

Item eadem die voluit et ordinavit idem dominus noster quod si quis habens duas gratias expectativas sub data vo aut quarto tercio vel secundo sui pontificatus vel et ante pontificatum suum anno primo aut in duabus gratiis etiam ante suum sub quacumque data habens obtinuit vel obtinet in virtute alicuius vel alterius gratie expectative quod reliquie vel ipsas primas duas et pretensis habenti et habendi per easdem sint casse et nulli et si vigore alicuius gratie vel duas duas primas beneficium seu beneficia acceptavit quod in eis preter illum jus eis acceptatum exceptis Cardinalibus et aliis ut supra

De incompatibilibus

Item eadem die voluit et ordinavit idem dominus noster quod si ipse alicui expectanti concessit quod possit obtinere vel duo beneficia in compatibilia quod talis persona vigore huiusmodi concessionis non possit tenere nisi duo incompatibilia tantum que infra annum duxerit eligendum et ipsis duobus debeat esse contentus et dimittat omnino reliqua que talis impetrans tenet incompatibilia vacaturus et ab ista regula voluit esse exceptos dominos Cardinales pro honore scientiarum familiaris continuos domesticos et Auditores palacii apostolici et voluit quod si deinceps aliquis petet quod possit obtinere vel duo incompatibilia quod licet per fiat ut petitur et dispensatum non expediantur nisi idem dominus noster signaverit et expresse concedet et exprimet quod possit habere vel duo incompatibilia exceptis predictis

Item ordinavit idem dominus noster eadem die quod si aliquis petat indulgentiam in mortis articulo provideri intelligatur quod littere nullatenus expediantur nisi idem dominus noster signatam ponet fiat de novando

De Indulgentiis

Item eadem die ordinavit idem dominus noster quod si ipse alicui ecclesie vel loco concedet indulgentiam quod petatur aut petitum non veniat nisi tres annos et tres quadragenas et ad decennium tamen licet plures anni petantur nisi idem dominus noster manu propria ponet annum annorum et amplectum aut nisi quod una die tamen olim pro tanto quo tamen veniat in solito impetrum

Gratis pro deo qui littere expediuntur

Item eadem die ordinavit quod littere super capellanatu honoris aut commensalibus nullatenus gratis pro deo expediantur cum non deceat Romanum pontificem habere capellanos mendicos

Item eadem die ordinavit idem dominus noster quod si quis obtinens beneficia valoris 100 florenorum annuatim petat super aliqua gratiam expediri litteras apostolicas gratis pro deo quod littere nullatenus super ea gratias pro deo expediantur nisi solvat aut juret se non habere de proprio et eo tamen obliget se ad solvendum infra tempus congruum prefigendum

De quota beneficiorum

Item voluit et ordinavit idem dominus noster quod si quis habeat gratiam expectativam de duobus tribus aut pluribus seu tot beneficiis quod eorum fructus etc ad tantam summam simul ascendat videlicet Cum ... et diocesis vel locis ad collationem etc quorumcumque collatorum seu collatricum quod vigore gratie talis expectativae non possit ultra quatuor beneficia acceptare vel de illis sibi facere providere. Et si forsan vigore talis gratie aliqua huiusmodi maiora beneficia fuerit assecutus ipso contentus remaneat et ipsa gratia ac processus habiti per eandem et quecumque inde secuta quo ad reliqua sint cassa et nulla exceptis dominis cardinalibus prothonotariis et familiaribus domesticis continuis commensalibus et auditoribus pallacii apostolici causarum

48

De acceptatione et provisione facienda infra mensem tempore vacationis

Item iiii kalendas maii pontificatus sui anno v^to idem dominus noster papa B xiii ordinavit et voluit quod deinceps quicumque vigore gratiarum expectativarum acceptaverint quecumque beneficia ecclesiastica secularia vel regularia cum cura vel sine cura etiam si canonicatus et prebende aut dignitates personatus vel officia aut administrationes fuerint teneantur et debeant infra unius mensis spacium a tempore huiusmodi acceptationis computandum de huiusmodi beneficiis per eos ut prefertur acceptatis facere sibi per suos executores providere alioquin dicto mense lapso huiusmodi acceptatio per eos facta et quecumque inde secuta ac etiam huiusmodi gratie quarum vigore acceptationes ipse huiusmodi fuerint facte et processus per eosdem habiti et quecumque inde secuta quo ad numerum et quantitatem beneficiorum que acceptationes ipse continent vel continere possunt eo ipso sint cassa et irrita nulliusque roboris vel momenti

49

Nota de causis auditorum et ipsorum notariorum que debent committi per cardinales

Item ordinavit et voluit idem dominus B papa nonis maii pontificatus sui anno quinto quod deinceps cause quas aliqui ex auditoribus causarum pallacii apostolici movebunt contra quoscumque vel quicumque alii contra eos vel eorum aliquem nullomodo committantur alicui seu aliquibus ex eisdem auditoribus sed debeant committi dominis cardinalibus et idem voluit et ordinavit de causis quas aliqui ex notariis dictorum auditorum movebunt contra aliquos vel quas aliqui contra ipsos

50

Per simplicem signaturam fiat gratis de mandato ipse gratie vel iustitie non expediuntur

Item voluit et mandavit xvi kalendas iunii pontificatus sui anno v^to quod deinceps si quis petit expediri litteras suas super quacumque gratia sive de iustitia gratis de mandato domini nostri per simplicem signaturam fiat per vel concessum littere non expediantur gratis de mandato nisi idem dominus noster manu propria signet fiat gratis de mandato per hoc autem non intendit preiudicare illis qui ante huiusmodi ordinationem habuissent ab ipso domino nostro gratiam quod ipsi vel familiares sui pro eorum littere expediantur in forma vel in genere gratis de mandato domini nostri vel etiam si essent cubicularii prefati domini nostri pro quibus vult quod littere ipsorum expediantur gratis de mandato ut dixerunt

De dispensatione [illegible] ut possit transire ad alium ordinem

Item ordinavit idus novembris pontificatus sui anno tercio quod si deinceps contigat ipum dispensare cum aliquo professo aliquem ordinem mendicantium quod possit transire ad ordinem sancti Benedicti vel ad alium quemcumque ordinem non mendicantium quod littere apostolice super tali dispensacione non expediantur nisi ille cum quo dispensabitur primo solvat camere apostolice centum florenos auri et si infra unum mensem a tempore signature dicte supplicationis computando littere non fuerint expedite decreto non expediantur et eo ipso dispensacio sit nulla et nullius roboris vel momenti

De clausula anteferri

Item quinto idus marcii anno predicto declaravit intencionis sue fuisse et esse quod si aliquis gratias expectativas quibuscumque personis fecisset vel in posterum faceret cum clausula anteferri quod huiusmodi gracie non valeant quo ad eandem clausulam etsi gracie ipse fuissent sortite effectum

De clausula ante ferri

Item declaravit idem dominus noster [illegible] quinto idus marcii pontificatus sui anno primo sue intencionis fuisse et esse quod si ipse alicui subiectivis vel metatis personis specificacione aliquibus concurrentibus cum eis vel precedentibus eos in dictis graciis similium decanatibus sub expectativis premissis vel de dignitatibus personatibus seu officiis aut aliis beneficiis ecclesiasticis secularibus vel regularibus quibuscumque cum cura vel sine cura vacantibus vel vacaturis per eundem dominum nostrum factas vel in antea faciendas eisdem in assecucione eorundem et predictarum dignitatum vel personatuum seu officiorum aut beneficiorum aliorum huiusmodi seu aliquorum eorundem anteferri debeant aut debent sub quibuscumque condicionibus modo forma seu expressione verborum in genere vel in specie directe vel indirecte concessisset vel in posterum concederet huiusmodi concessiones et quecumque inde secuta etsi tales quibus de antelacione huiusmodi concessiones facte forent eorundem predictis personatuum et officia et alia beneficia huiusmodi seu eorum aliqua que expectabant iam forent assecuti nullius existunt roboris vel momenti

Iste due regule precedentes debent stare a principio novarum regularum post quartam regulam

Regule domini Bonifacii none de anno octavo

Primo ordinavit dominus noster B papa nonus quod deinceps nullius vigoris gratie expectative obtente vel obtinende cum clausula anteferri preterquam cubicularii, prothonotarii, auditoribus, advocatis apostolici palacii, litterarum apostolicarum correctoribus, camere apostolice clericis, secretariis apostolicis, doctoribus vel licenciatis in iure canonico vel civili, magistris in theologia ac in medicina vel licenciatis aut baccalariis formatis in dicta theologia vel illustribus

Item ordinavit quod deinceps in Anglia et Alemania, Flandria, Boemia, Ungaria, Castella, Portugalia et Ytalia nullius vigoris existant gratie expectative concesse vel concedende gaudeant nisi una clausula anteferri et ad unum beneficium dumtaxat nisi forsan habeant ad canonicatum sub expectatione prebende ac dignitatis personatus vel officii quo casu gaudere possit prebenda, dignitate, personatu vel officio exceptis doctoribus in iure canonico vel civili, magistris in theologia vel in medicina ac licenciatis baccalariis formatis in eadem theologia et illustribus qui duabus clausulis anteferri et ad duo beneficia dumtaxat gaudere valeant, et sint contenti, et quod littere apostolice super premissis habite preter easdem quo ad reliqua extunc sint cassa et irrita, et si forsan fuerint cum clausula que existenti illis sint contra exceptis cardinalibus, cubiculariis, prothonotariis apostolicis, auditoribus, advocatis apostolici palacii, correctoribus litterarum apostolicarum, clericis camere apostolice, secretariis apostolicis qui in preiudicium eorum in regula huiusmodi nullatenus comprehenduntur

Item ordinavit quod gratie quibuscumque cum clausula anteferri concesse vel concedende non durant ultra unum annum a datis presentis constitutionis computandum

Item ordinavit quod nullius vigoris existant gratie expectative obtente vel obtinende possint deinceps acceptare beneficia quomodolibet generaliter vel specialiter reservata etsi in eorum bullis eis sint concessum quod possint acceptare beneficia ipsa reservata et de eis sibi providere

Item ordinavit quod nullus deinceps possit assumi existentibus gratie expectative vigore concesse vel concedende dignitates maiores post pontificales in patriarchalibus, metropolitanis et cathedralibus aut principales in collegiatis ecclesiis, cardinalibus, cubiculariis apostolicis, prothonotariis et auditoribus, advocatis apostolici palacii, correctoribus litterarum apostolicarum, camere apostolice clericis, secretariis apostolicis, in iure canonico vel civili doctoribus, in theologia vel medicina magistris ac in theologia licenciatis vel baccalariis formatis, illustribus ac regno Sicilie exceptis

Item ordinavit quod si quis acceptaverit existentibus gratie concesse vel concedende aliquod beneficium cadens in gratia sua et de eo sibi fecerit provideri quod infra quatuor menses huiusmodi acceptationem et provisionem in loco beneficii palam et publice quod extunc nullatenus audiatur quam ordinationem extendi voluit ad lites incoeptas et de cetero pendentes

non debet ... acceptatio et provisio in loco beneficii infra quatuor menses

Item ordinavit quod in ecclesiis in quibus est consuetudo optandi per optiones illarum ex prioribus personis beneficia sunt reservata, non impediat optio aliquorum in prebendarum per huiusmodi optionem dimissam, nec impediunt expectantes in acceptando beneficia per ipsam optionem dimissa, nec ipsa dimissa sub aliqua remaneant reservatione

Item revocavit omnes uniones per eum aut predecessores Romanos pontifices factas aut quas fieri mandaverunt que non sunt sortite effectum

Item ordinavit quod veri familiares apostolici preferantur aliis familiaribus factis a desset in bulla factis et faciendis cum eis concurrentibus in data etsi ipsi facti fuerint eis diligentiores in putando eorum bullas et fuerint beneficia assecuti, et in ipsis bullis eis sint concessum quod omnibus privilegiis, immunitatibus, privilegiis, libertatibus, antelacionibus et aliis prerogativis dictis veris familiaribus concessis uti valeant et gaudere

Bullati fulginei non possunt uti privilegiis quibus dicti fulginei utuntur nisi eis sint concessa

Item ordinavit quod dicti fulginei cum bulla facti et decetero fiendi non gaudeant privilegiis, immunitatibus, libertatibus, antelacionibus et aliis prerogativis aliis familiaribus suis per dictos concessis vel concedendis, nisi in eorum bullis que eis gaudeant sint concessum vel expressum.

Infra sex menses permutantes beneficia et eorum causa renunciantes infra sex menses decedentes permutatio non valet et tale beneficium vacat curie

Item ordinavit quod si deinceps aliquis in infirmitate constitutus decesserit infra sex menses de causa renunciaverit ex causa permutacionis vel alias libere resignaverit beneficia sua cum aliis, quod talis permutacio non valeat, sed renunciantes teneant et quod collacio ipsorum beneficiorum ipsius decedentis vel data ipsius renunciacionis sint sedi apostolice reservata.

Quod duo incompatibilia obtinere non possunt exceptis doctoribus

Item ordinavit quod decetero nullus possit obtinere quomodo et ex quavis concessione facta aut fienda duo incompatibilia doctoribus in sacra pagina vel civili aut magistris in theologia vel in medicina aut in theologia licenciatis vel baccalariis formatis et illustribus exceptis, qui duo incompatibilia tantum obtenta vel obtinenda possint obtinere et exceptis cardinalium, cubiculariis apostolicis, prothonotariis, auditoribus et advocatis, litterarum apostolicarum correctoribus, examinatoribus apostolicis, clericis, secretariis apostolicis, quos huiusmodi restriccione et regula nullatenus comprehendunt.

Dominus noster B. divina providencia papa nonus nono kalendas Junii pontificatus sui anno octavo ordinavit quod regule facte per eum de beneficiis vacantibus et nominibus pensionibus ac litteris pensionum ecclesiarum monasteriorum decetero non expediuntur nisi in forma inscripta, et de litteris novarum pensionum expediendis.

Voluit et ordinavit idem dominus noster nono kalendas Junii pontificatus sui anno ut supra quod decetero teneantur tales impetrantes infra octo menses facere expediri huiusmodi litteras totaliter usque ad registrum inclusive, alioquin gracie sint nulle et littere expost non expediantur.

De litteris beneficiorum vacancium expediendis infra annum

Voluit et ordinavit idem dominus noster nono kalendas Junii pontificatus sui anno octavo quod decetero huiusmodi impetrantes et alii in ista regula comprehensi teneantur infra annum facere expediri litteras suas totaliter videlicet super beneficiis usque ad registrum inclusive, prelati vero teneantur eas facere portari infra dictum terminum ad thesaurariam ut moris est, alioquin expost littere non expediantur et gracie sint nulle et similiter provisiones dictorum prelatorum habeant pro non factis et cetera.

De fructibus primi anni dandis pape

Universis et singulis presentes litteras inspecturis Corrandus miseracione divina Nicosiensis archiepiscopus domini nostri pape camerarius salutem in domino. Universitati vestre notum facimus per presentes quod cum sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus B. divina providencia papa nonus ex certis causis animum moventibus ac necessariis Romane ecclesie incumbentibus omnes et singulos fructus et redditus primi anni omnium et singularum ecclesiarum cathedralium, secularium et regularium, aut monasteriorum cuiuscunque ordinis seu religionis existant vacancium a die date presencium et in antea vacaturorum hinc ad tres annos proxime futuros a die date presencium numerandos disposicioni apostolice reservat et reservat pro dictis necessitatibus ~~[illegible]~~ supportandis. In quorum testimonium presentes litteras fieri et sigilli camerariatus officii iussimus appensione muniri. Datum Rome apud sanctum Petrum sub anno domini millesimo CCCC nonagesimo septimo, indiccione quinta, die X mensis Junii pontificatus sui anno octavo.

Gregorius pp. xii. viii kl. Januarii Anno primo

Revocavit omnes gratias expectativas
Item approbavit regulas Jo. xxii. Benedicti xii. Clementis vi. Innocentii vi. Urbani v. Gregorii xi. et Urbani vi. sed super Regulis Bonifatii Noni et Innocentii vii. intendit deliberare. Item revocavit dispensationes factas super incompatibilibus.
Item reservavit omnia beneficia alias per prefatos reservata. Item reservavit omnia beneficia.
Item reservavit omnes Cathedrales ecclesias et Monasteria. Item revocavit omnes dispensationes ut supra que nondum sunt sortite effectum. Item revocavit comendas etc. exceptis cardinalibus et prelatis. Item revocavit illas que non sunt sortite effectum.
Item quod Almanie Anglie Bohemie polonie et Ungarie impetrantes unum Ordinarium beneficiorum non expectent. Item quod si quis petat unum duo et tria aut plura etc. non valeant nisi quatuor.
Item approbavit Regulam de Advocatis factam per Gregorium xi Anno quinto que incipit Cupientes afectibus mentis. Jo. xxii et Benedicto xii. etc.

In nomine sancte et individue trinitatis Anno a nativitate domini M^o. cccc^o vi^o. Indictione xiiii. die martis xxiiii mensis Novembris in die sancti Clementis apostolica sede vacante per obitum felicis Recordationis domini Innocentii pape vii. Congregati cardinales collegialiter coadunati pro futura electione summi pontificis celebranda infrascripti Reverendissimi in xpo patres patres et domini domini Angelus hostiensis dictus Florentinus Henricus tusculanus dictus Neapolitanus Antonius penestrinus dictus Aquilegensis Episcopi Angelus tt. sancte Potentiane dictus laudensis Conradus tt. sancti Crisogoni dictus Melitensis Angelus sancti Marci dictus Constantinopolitanus Jordanus tt. sancti Martini in montibus dictus de Ursinis Johannes tt. sancte Crucis in Jerusalem dictus Ravennatensis Antonius sancte Praxedis dictus Tudertinus Raynaldus sancti Viti in Macello dictus de Brancatiis presbiteri Landulphus sancti Nicolai de Carcere Tulliano dictus Barensis Oddo sancti Georgii ad velum aureum dictus de Columpna Petrus sancti Angeli dictus sancti Angeli et Johannes sanctorum Cosme et damiani dictus leodiensis dyaconi sacrosancte Ecclesie Romane Cardinales in Camera Capella sancti Nicolai intra Conclave consuetum qua pro loco ad infrascripta ydoneo elegerunt et eam deputaverunt in presentia mei Stephani de Prato dicti sacri collegii clerici et aliorum Notariorum et testium infrascriptorum Considerantes xpiane religionis infamiam detrimenta et graves fidelium molestias et pericula que attenuus [?] cunctis et exinde verisimiliter est tendendum nisi salubriori remedio ac tempore divina favente clementia cuius res agitur ac ottimatur [?] et pestifero ac dampnabili scismate quod tanti per heu dolor temporibus in scissuram xpiane fidelis

grauissime perdurant et durat nec per viam cessionis alias perniciosum estimant remotis
personis statum ecclesie aliquem perduxisse ac intendentes per remedia sectionis non quidem
cum ex parte eorum iusticia suadet quod ius verissimum est et plena veritate fulcitur
sed quia per interrogacionem interrogacionem et vnitate christianorum criminalia temporis defecto
tamen non de iure expediat eligentes in speculum eorum consideracionem excolentes
quanti posset esse discriminis si dilacio eleccionis summi futuri pontificis
fieret tempore malignantes pensata vniuersaliter singuli et singulariter vniuersi
vnanimiter et concorditer nemine discrepante ex certa sciencia promiserunt vouerunt
deo et eius matri virgini gloriose ac sanctis apostolis petro et paulo totique celesti
curie iurauerunt et ad inuicem vnus alteri et ceteris se obligando sollempniter
promiserunt quod si quis eorum assumptus fuerit ad apicem summi apostolatus
pro integritate vnitatis christianorum renunciabit effectualiter iuri suo et papatui
pure libere ac simpliciter Si et quando Antipapa qui tunc erat fuerit consimiliter re
renunciabit et cedet pretenso iuri suo et ~~petri~~ papatui dummodo Anticar-
dinales effectualiter velint cum ipsis dominis sacro collegio se conuenire
et concordare quod ex hoc sacro collegio et ex ipsis sequatur inter ea canonica eleccio
vnici summi Romani pontificis ac etiam promittentes se sinceros et cautos
omni dolo et maligna machinacione cessantibus pro posse quod si sit quis ex
dominis absentibus vel de hoc collegio assumatur in papam eandem faciet obli-
gacionem ac quod infra mensem a die sue intronizacionis intimandam per suas
litteras et apostolicas litteras Regi Romanorum Antipape et eius pretenso collegio
Regi ffrancie et omnibus aliis regibus illustribus principibus prelatis
vniuersitatibus et communitatibus christianitatis se et vnde prefatorum dominorum de collegio
premissa omnia indicabit et tunc se offerret impleturum et paratum modo pro
et racione aliam viam racionabilem per quam predictum scisma tollatur et
vnionis sequatur integritas in ecclesia christianorum Et quod superomnibus
superdictis vltra premissa suos sollempnes destinabit oratores infra
tres menses a die intronizacionis predicte computandos illis quibus de
consilio prefatorum dominorum sacri collegii sui et ipsis ambasiatoribus cum
effectu imponet et consilio eorundem dominorum de locis decentibus eligendis ab
vtraque parte ipsis prefatis plenariam dabit de loco conueniendi
et habili et decenti Ac etiam promittet similiter ut prefertur quod pendente
contractu vnionis huiusmodi effectualiter et realiter ex vtraque parte non
creabit nec faciet aliquem Cardinalem nisi causa coequandi numerum sui
sacri Collegii cum numero pretensi collegii Anticardinalium predictorum nisi

ex defectu steterit adverse partis Card(inalium) unionis prefate conclusio iuxta animum et mentem
dictorum circa execucionem computandi non fuit subsecuta quo casu liceat eis Card(inalibus)
eligere ac creare prout prestatum [?] sit unius ecclesie eidem indebitum gubernare etc. Demum cum dicti
Card(inales) nisi uno predicto in forma congrua consumabit Antipape et preterea collegio
supradictus ut ipsi similiter sic facient. Unio eciam premissa omnia inchoata inchoando
mediabit et fine debito terminabit nichil de contingentibus necessariis et utilibus
vel quolibet opportunis omittendo quantum in eo fuit statim post eius eleccionem
et ante ipsius publicacionem omnia et singula supradicta confirmabit approbabit
autentico suo et de novo similem promissionem faciet in omnibus et per omnia coram
dictis dominis de collegio testibus notariis et subscripcionem faciet manu propria in instrumentis
prout infra de Card(inalibus) continetur et consimilem huiusmodi ratificacionem approbacionem
voti et promissionis effectualiter faciet in primo Consistorio publico vel generali
quod post coronacionem suam in eo modo et consueto et congruo tempore cele-
brabit. Insuper prefati domini Card(inales) voverunt iuraverunt et ad invicem promi-
serunt quod per suas litteras infra octavum diem a die intronizacionis predicte Colle-
gialiter intimabunt de eleccione facta unio voluntate unio promissionem quo
ad unionem prosequendum et omnia supradicta omnibus prefatis dominis prout et sicut
facere tenebuntur. Qui erit electus ac etiam inchoata mediabunt prosequentur
et finient quantum in eis erit. Nichil de contingentibus necessariis vel quolibet
opportunis vel utilibus omittendo. Que omnia et singula promiserunt ad
invicem et vicissim ut supra attendere et observare facere exequi et effectualiter
adimplere bona pura et sincera fide omni dolo et fraude cessantibus. Et se
quilibet eorum iuraverunt corporaliter manibus tactis sacrosanctis evangeliis coram eis
personaliter positis observare adimplere ac exequi prout superius continetur.
Et quod a predictis voto promissione voto ac obligacione ac iuramenti prestacione
et eius observacione ac omnibus et singulis supradictis nullus eorum abso-
lucionem petat seu impetrabit per se vel alium seu alios impetratis
seu impetrandis nec sibi concessam nullatenus acceptabit nec data
potestate propria alteri faciet se absolvi seu etiam secum in aliquo dispensari
Sed volet perpetuo dicto vinculo remanere obligatus. Et nichilominus
~~quolibet~~ ad maiorem certitudinem et firmitatem premissorum quilibet ex dominis
de collegio supradicto teneatur se subscribere manu propria omnibus et singulis
instrumentis conficiendis exinde quorum instrumentorum quilibet ex ipsis dominis
de Collegio unum vel plura habere valeat pro eius arbitrio voluntate.

Actum in cappella p(re)fata p(rese)ntib(us) ibid(em) venerabilibus (et) circumsp(ec)tis viris d(omi)nis ffran
cisco de dueze camere ap(osto)lice cl(er)ico Jacobo de tellinis (et) petro de spata canonicis
Basilice principis ap(osto)lorum de urbe Johannello Caratzulo litterarum ap(osto)licarum
scriptore Laurentio tinel turribarie s(an)c(t)e marie in transtiberim Nicolao Blasii
Normanno Antonello Pinnatha Johannello ~~Cartuz~~ Caratzulo litterarum p(e)nitentiarie
scriptore Nicolao de Leomburt sto(r)um Cosme (et) damiani de urbe Johanne
prevento Junior(i) s(anc)te Crucis Leodien(sis) ecclesiarum Canonicis Andrea de Caua
lerijs de Ytalia Galeatto de Ricasol(is) de florentia Loysio d(omi)ni Robarij
de Roma(n)a Materno Georgij cl(er)ico Warmien(sis) ffrancisco palucij cl(er)ico
pisan(o) Petro Quirinum cl(er)ico traiecten(sis) et Saluato lelli petri Blanchi
civis Roman(i) testib(us) ad p(re)missa vocatis sp(eci)aliter (et) rogatis

Et ego Stephanus Geri Boni de prato litterarum ap(osto)licarum scriptor dicte
sacri colleg(ii) clericus ac publicus ap(osto)lica et imp(er)iali auctoritate notarius q(ui)a
p(re)missis omnib(us) (et) singulis d(u)m sic ut p(re)mittitur p(re)fatos reverendissimos
d(omi)nos Card(inales) agerentur (et) fierent una cum sup(ra)scriptis testib(us) (et) infrascriptis notariis
p(rese)ns fui Ideo(que) h(oc) p(rese)ns publicum instrum(en)tum confeci publicavi autenticavi
et in hanc publicam formam redegi signoq(ue) (et) nomine meis solitis et
consuetis signavi rogatus (et) requisitus in fidem (et) testimonium omnium (et) singulorum
p(re)missorum

Et ego Barontus philippi de pistorio litterarum ap(osto)licarum scriptor (et) abbreviator
ac publicus imp(er)iali (et) ap(osto)lica auct(oritat)e not(arius) ut sup(ra)

Et ego Clemens de Bognays cl(er)icus Cenoman(ensis) litterarum ap(osto)licarum scriptor publicus
imp(er)iali auct(oritat)e not(arius) ut sup(ra)

Et ego Gerardus Bulk clericus Coloniensis dioc(esis) litterarum ap(osto)licarum
scriptor publicus ap(osto)lica auct(oritat)e not(arius) ut sup(ra)

Et ego ffranco dictus hoeffleg de Busco dioc(esis) Leodien(sis) dioc(esis)
ap(osto)lica imp(er)iali auct(oritat)e not(arius) ut sup(ra)

Et ego Johannellus Brunellus cap(ellan)us principis ap(osto)lorum de urbe
clericus Capelle d(omi)ni p(a)pe publicus ap(osto)lica auct(oritat)e ut sup(ra) p(rese)ns fui (et)c.

Subscriptio dominorum Cardinalium

Ego Angelus ep(iscop)us Ostien(sis) Card(inalis) fflorentin(us) ut p(re)mittitur
Voui (et) iuraui (et) in testimonium p(re)missorum me manu p(ro)pria subscripsi.

Ego Henricus epus Tusculan(us) Card(inalis) Neapolitan(us) subscribo ss
Ego Antonius epus Penestrin(us) Card(inalis) Aquilegien(sis) subscribo ss
Ego Angelus sce Potenciane pbr Card(inalis) Lauden(sis) subscribo ss
Ego Conradus titli sci Grisogoni pbr Card(inalis) Mediolan(ensis) subscribo ss
Ego Angelus sci Marci pbr Card(inalis) Constantinopolitan(us) subscribo
Ego Jordanus tituli sci Martini in Montibus pbr Card(inalis) Ursin(us) subscribo
Ego Johannes tituli sce Crucis in Jerlm pbr Card(inalis) Ravennaten(sis) subscribo
Ego Antonius tituli sce Praxedis pbr Card(inalis) Tudertin(us) subscribo
Ego Raynaldus sci Viti in Macello diac(onus) Card(inalis) ~~Baren(sis) subscribo~~ de Brancatiis ss
Ego Landulphus sci Nicolai in carcere Tulliano diac(onus) Card(inalis) Baren(sis) subscribo
Ego Oddo sci Georgii ad Velum aureum diac(onus) Card(inalis) de Columpna subscribo
Ego Petrus sci Angeli in foro piscium diac(onus) Card(inalis) sci Angeli subscribo
Ego Johannes sanctorum Cosme et Damiani diac(onus) Card(inalis) Leodien(sis) subscribo

Subscripcio domini pape

Ego Gregorius XII hodie ultima die Novembris anno cccc vi° assumptus in Romanum pontificem sic ut premittitur iuro voveo ac promitto et confirmo omnia supradicta ss

Noverint universi zelum habentes fidei orthodoxe quod ipse papa est Romanus pontifex vicarius Jhesu Christi de translacione [illegible] est et successor piscatoris xxxiii q. i c. Cum beatus. Et pape antiquitus decreta sanctorum patrum sanxerunt reverenciam exhibendam et evidenter asserunt sacri canones sanctiones non est homo sed deus hic non puri hominis sed veri dei gerit vices de translacione episcopi c. quanto xxv q. i contra statuta xv q. vi auctoritatem Conquestus. In his enim que vult est ei pro racione voluntas Institutionibus de iure naturali § sed quod principi. Nec est qui ei dicat cur ita facis de pe. dis. iii c. ex persona. Ipse papa potest facere de iusticia iniusticiam corrigendo iura et mutando de appell. ut debitum de conf. c. [illegible] non debet in eius errorem principis ius facit ff. de appell. l. iii in summa dedit in summa p. so. t. dis. iii in fine. Papa dat auctoritatem canonibus et decretis. Unde eorum firmitas est de electione c. significasti. Nec obstat quod dicitur Pati legem quam ipse tuleris de const. c. Cum omnes. Et ipse papa legibus non constringitur xv q. vi c. Auctoritatem ff. de legi.

l. principes. nec enim hec statim dampnat quod legibus bene sit constitutum. Nec fuit
nec eciam ideo hereticus appellatur quia si veniat resurgat / si sperant penitencie
quia nulli venienti non claudit gremium c. de pe. di. i. multociens clamat. circa si
de pe. dis. vi. adhuc instant Ergo nunquam. Judicatus est ergo a nemine
iudicandus nisi hereticus sit repertus xl. dis. si papa primo in fide devius
deprehensus c. i. de sacramentis ecce. sinistre ardens alii. quia ecclesia Romana
predicat c. t. ad abolendam de heret. Et si non est novi erroris inventor vel sectator
sectator ab unitate avulsus. Quamvis sit prior sacre scripture. [illegible]
intellector Romane ecclesie publicus devastator aut infamat. dicit respondet
quamquam ultra ista de hostiensi posita novum inventum hereticum posse fieri
qui sunt tam bene i. q. i. in summa hostiensis. Et si in illis inventus non
fuit confessus nec convictus qualiter adherentes sibi consimiles simoniace
ex avaricie tenebras verbis [illegible]. Hec statutis committere
si in cardinalibus sunt eligendi auctas vel [illegible] presidentem [illegible]
utique melior et sanior de illorum quieta [illegible] canonice
ad dignitatem papatus censetur esse vocatus. sicut facit canon
licet. de e. metropolitanus [illegible] est. [illegible] est. alius sufficit si non est
[illegible] licet canonice Et si maior est inde [illegible] de legum et
maior est quam concilium de elect. [illegible] etc. innotuit constat ergo
liquide quod sacrilegii instar est disputare de eo sive plus [illegible]
q. qui aut. cum [illegible] est [illegible]
indagandum quod aliquid temerarie diffiniendo hec ideo quia
facta [illegible] [illegible] ut sampsonis contra hebreos et
adulterium Jacob.

Pacis [illegible] fidelis [illegible]
Est [illegible] [illegible] beatus.

Appellacio clemoris Regalis

In nomine domini amen. Anno a nativitate eiusdem Millesimo quadringentesimo nono Indictione ij Pontificatus sanctissimi
in Christo patris et domini nostri domini Gregorii divina providentia pape xij anno iij° die decimanona
mensis Aprilis hora primarum vel quasi in ecclesia sancte Katherine fratrum Ordinis predicatorum
in civitate Pisarum In notarii mei testiumque subscriptorum presentia personaliter constitutus
honorabilis vir dominus Conradus de Susato canonicus ecclesie Spirensis in sacra theologia
et in artibus magister procurator nomine Serenissimi et gloriosissimi principis et domini
domini Ruperti Romanorum Regis semper augusti constituentis prout de eius mandato per litteras
patentes sigillo maiestatis dicti domini Romanorum Regis in cera alba appendenti sigillatas
plenam fecit fidem animo et intentione appellandi et provocandi tenens in suis manibus quedam
papiri folia quandam appellacionem seu provocationem in se continentia quam appellacionem seu
provocationem interposuit appellavit provocavit apostolos petiit et protestatus fuit omniaque
